cang libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissam quovis modo tam per se
quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec per-
pedire. Ipsumque obligationum suarum et ipsius posteros tam in toto quam in quavis minima parte non
inviolabiliter Itaque bona obligata usque obligationeque suum quiete et pacifice praesentibus suis in-
scriptionibus vigore tenere et possidere queat. Idque sub vadio centum florenorum pecuniarum
polonicarum per eundem recognoscentem Nobilem Brosniowski et ipsius successores ob non completionem praemis-
sorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solven-
dum succumbens. Nihilominus idem recognoscens Nobilis [illegible] Brosniowski ex obligatione sua et
ipsius posteris se successoresque suos inde super bonis suis generaliter omnibus et summis
pecuniarum habitis et habendis inscribit et obligat praesenti suprascriptum Nobilem Iwan
Brosniowski fratrem suum germanum vel in eventum mortis successores ipsius ad
approbandum per eam praesentem vel similem pro ipsius interesse faciendam inscriptionem
obligatoriam dum ad annos perfectae aetatis pervenerint intra decursum [illegible] anni ad
acta quaevis authentica Regni adducere et pro statuere abeque [illegible] praemissa exe-
quatur efficere. Ad tempus autem statutionis memorati fratris sui eundem obli-
gabrium suum et illius posteros ab omni et quavis impetitione [illegible] quacunque
personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium ex re personae et occasione
illius exonerare in omni Iudicio et officio Regni tam in toto quam in parte
tueri defendere evincere intercedere ac liberare indemnemque eum posteris
reddere. Sub simili et speciali vadio centum florenorum pecuniarum polonicarum per praemissos
fratrem recognoscentem Nobilem [illegible] Brosniowski aut eius successores praefato No-
bili Andreae Boryslawski eiusque posteris ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbens. Caeterum praenominatus recognoscens suprascriptae obligationis suae et
illius posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem
inscriptionem praesentem obligatoriam ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta
terrae Premisliensis quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae trans-
portata tantum valebit ac si per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quibus
quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbens ac pro re
aliqua principali ex praemissis non completa complendumque praemissis citatus existens
memoratus recognoscens Nobilis [illegible] Brosniowski vel illius successores ad instantiam praedicti Nobilis
Andreae Boryslawski aut eius posterorum ad forum officii Castrensis Capitanealis Premisliensis [illegible]

suprascripto.

suprascripto quoad reddendum spectat medianti semper in primo [illegible] termino tanquam perem-
ptorio stare iuri parere respondere vadia contracta luere inscriptioni huic satisfacere ac
omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eandem omnia obligat
cunctis terminis primum peremptoriis et aliis omnes [illegible] causa [illegible] terminos semper
peremptorios vera infirmitate per maiori minoreve [illegible] successorum legatione intra vel extra
Regnum servicio militari admunimentis ad [illegible] vel aliis quibuscunque dilationibus
et legalibus impedimentis non differendis ad quietationem ultra proximos terminos officii
praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque monitiones appellationes
ac causae prosequutiones faciendo ac praemissa omnia per omnes simplices vel triplicatas exceptioni-
bus suspensionibus fatalibus iuris Constitutione terrarum bello Convocationeque et aliis om-
nibus iuris remediis et defensis non subterfugiens Hac sua praesenti inscriptione ad
praemissa omnia mediante.

Popiel Romanowicz Kolodrubowi Debet

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Petrus
Popiel Romanowicz sanus mente et corpore existens a Terris [illegible] iuribus [illegible]
dominibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi
Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit.
Quia ipse Nobili Iwan Popiel Kolodrub et ipsius successoribus summam centum et decem flo-
renorum pecuniarum polonicarum communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum
grossis triginta polonicis computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuataeque pecuniae
teneturatque debet, quam quidem summam suprascriptam idem recognoscens se suosque successores in
et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniarum habitis et habendis praefato Cre-
ditori suo et ipsius posteris inscribit et obligat praesentibus hinc pro die et Festo Conversio-
nis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio Actisque
praesentibus Castrensibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et re-
lictam rursus ab eodem officio non efficere iubere nec arrestare vel alio quovis modo impugnare
Idque sub vadio similis summae centum et decem florenorum polonicarum per eundem recognoscentem Nobilem
Petrum Popiel et ipsius successores praefato Creditori suo et illius posteris ob non solutionem summae
praefatae principalis pro tempore et loco supra expresso ad solvendum succumbendo. Pro [illegible] idem recognoscens

Nobilis Petrus Popiel Romanowicz eidem Nobili Iwan Popiel Koladrub Creditori suo
eiusque posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem
praesentem debitoream ex his Actis Castren autentice depromptam ad Acta Terrestria Premi-
sliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit
acsi per ipsummet reqentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso addol-
rentes succumbendi ac pro summa ipsa prinsitiali non soluta solvenda citatus ex nunc memo-
rantus requirens Nobilis Petrus Popiel Romanowicz aut eius successores Ad instan-
tiam suprascripti Nobilis Iwan Popiel Koladrub aut eius posterorum Ad officium praesens
Castren Capitaneale Premisliense ex hunc recessu suprascripto quoad vendium spectat medi-
ante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere mandere vadium
praefactum libere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque
ac suos successores Ad caeteraque omnia obligat eumque terminum primum peremptorium terminum et
aliis omnes consequens causa eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori
minorennitate successorum [illegible]
ad Tribunal vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad
quietationem ultra praedictos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non
recipiens nullasque monitiones appellationes ac eandem prosequutiones faciens ac praemissa om-
nia praemissis simplicibus vel intricatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione
Terrestris bello convocatione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugi-
endo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Baczynski Baczynkowi Obligat

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Pau-
lus Baczynski Pluwaczek olim Andreae filius sanus mente et corpore existens
a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens
huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum succes-
soribus bonisque suis quaeque omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam
libere publice ac per expressum sequitur. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in parte villae
duo stadia alias Nywy inter metas Leskowight ab una et Hryniowight ex altera par-
tibus in haereditate villae Baczynie post fluvium Niestr sitis in Districtu praesenti con-
sistens Cum omni eorundem bonorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus et singulis bo-
norum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque

et pertinens

et pertinentiis quaecunque universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus
aut aliquopiam reservandis et excipiendis verum ita late longe circumferentialiterque prout
praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et pro-
tendit et prout eadem bona ipsemet requirens solus tenuit habuit et possidebat
ac ipsum concernebant eidemque serviebant. Jam ex nunc et de facto Nobili Tymko
Baczynka Leskowicz et ipsius successoribus in summa triginta florenorum pecuniae po-
lonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis
triginta polonicis computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique pecuniae hinc
et ab actu praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et imme-
diate venturum et indefectibiliter pro hunc exemptionis et summae praefatae totalis et integrae
persolutionibus extunc ad aliud simile festum Conversionis Sancti Apostoli Pauli et sic
consequenter de anno ad annum annis et festis continue et immediate se sequentibus
usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae praefatae totalem et indivisam persolu-
tionem inscripsit obligavit et invadiavit prout praesentibus inscribit obligat et invadiat
Etiam ex nunc idem requirens Nobilis Paulus Baczynski eidem obligatorio et ipsius posteris eorundem
officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem paccamque possessionem per ministerium
quemcunque et Nobiles duos ipsi iam ex nunc ab officio praesenti additos diem quacunque vo-
luerit officiose acceptandi Per ipsum obligatorium suum et ipsius successores bona praefata obligata
tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos
suorumque successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo
ac titulo obligatorio. Debetque et tenetur memoratus requirens Nobilis Paulus Baczyn-
ski prout se ac suos successores in et super bonis suis quaeque omnibus et summis
pecuniariis habitis et habendis eidem obligatario suo eiusque posteris inscri-
bit et obligat eumque et ipsius posteros ab omni et quavis impetitione iusta quarumcunque
personarum Cuiuscunque conditionis status et sexus existentium usque ad exemptionem eorun-
dem bonorum et summae praefatae totalem et indivisam persolutionem in omni Iudicio et officio
Regni exorientis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit tueri defendere
evincere intercedere ac liberare indemnemque cum posteris reddere. Nec non bona prae-